



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 20. Lex Constantini pro Ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

sia exstrueretur, mandata misit. Quia Sæculum IV.
 etiam, instigantibus Donatistis, Magistra- A. C. 316.
 tus Ecclesiæ Catholicæ Clericis publica
 onera, & functiones Municipales impo- An. 316.
 suerant, a quibus Imperatoris jussu ex- v. Cod.
 empti erant, eosdem rursus his exactio- Theod. l. 16.
 nibus liberos pronuntiavit. Denique, tit. 2. i. 2.
 cum experientia disceret, Donatistas sua
 Bonitate pejores fieri, severissimis editis
 legibus omnes iis Basilicas eripuit, & lo-
 ca, in quibus convenire solebant, fisco
 addixit.

§. XX.

Lex Constantini pro Ecclesia.

Quædam aliæ Leges Constantino Au-
 ctore circa id temporis latæ visun-
 tur. Una 16. Nov. anno 315. lata pro-
 pterea, quod Judæi quosdam ex suis ad 1. Cod. Theo.
 fidem Christianam conversos persecuti, de Jud.
 lapidibus impetiissent; in ea declarat Im-
 perator Judæis, Patriarchis eorum, aliis-
 que Præsidibus, si qui imposterum simile
 factum attentaverint, eos, & omnes sce-
 leris socios flammis tradendos. Duas e-
 tiam leges tulit, quibus novos manumit- Cod. de his
 tendi modos pro Christianis inducebat. qui in Eccl.
 In prima de septima Junii anno 316. ad tit. 13. lib. i.
 Protagenem Episcopum Sardensem da-
 ta continetur; jam diu ante fuisse lege
 permisum, servos a Dominis suis in Ec-
 clesia Catholica manumitti posse, si mo-
 do

Sæculum IV. do in præsentia populi, Episcoporum, &
A. C. 316. qualicunque Scriptura id fiat; itaque
 Episcopis potestatem servos manumitten-
 di tribuit, quocunque id modo faciant,
 si modo de eorum voluntate legitime con-
 stet. Altera lex data prima Maji. 321.
 privilegium istud ad omnes Clericos ex-
 tendit, & concedit, ut eorum liberti ple-
 na libertate gaudeant, quacunque ratio-
 ne manumissos se probaverint; econtra
 Laici aliter manumittere non poterant,
 quam in Conventu Ecclesiæ, & Episco-
 porum præsentia.

§. XXI.

Persecutio Licinii.

Pagi an.
 316. n. 5.
Eus. Chron.
an. Excepta
Anonymi.
ap. Ammian.
Val. Zosim.
 l. 2.

Dum Constantinus Ecclesiam ita fovet,
 cœpit eam persequi Licinius, quo-
 rum concordia non diu sibi constituit.
 Haud multo postquam Licinius Constan-
 tiā duxisset, Constantini sororem, &
 Imperium divisissent, Constantinus eidem
 mentem suam communicavit, Bassia-
 num creandi Cæsarem, qui alteram soro-
 rem suam Anastasiam in uxorem acce-
 perat; sed hoc Consilium Licinii perfidia
 evertit, quippe Sinicio ipsius Bassiani fra-
 tre sollicitatore usus, Bassianum sedu-
 ctum, in ipsum Imperatorem armavit.
 Constantinus Bassianum, parricidii con-
 victum, merita pœna affecit, dumque Si-
 nicium